

ANNO CHRISTI CIOCCVLII  
ORDINIS CXL

SARACENIS per Tartaros amicis in oriente  
Templi Equites Joannitaeque collatis Comi-  
tibus Tartarorum nuncios hucce cum  
sponso remittunt: Ad dictos altissimi obse-  
quis mutata veste non ut confectarentur  
delicias, verum morti se devoverent pro  
Christo, qui reparandi humani generis gra-  
tia dirae supplicium mortis non abnerit  
subire. Veniant Tartari daemones Tartarum  
Jesusque famulos propagandas ipsius Legis  
gratia medio campo expeditos incredulitas  
num deprehendant praesens.

RATHACUS Tomo XIV. Num. 58

ANNO CHRISTI CIOCCCLII  
ORDINIS CXLII

TEMPLARIi de Sanctis Lano, & Tho-  
ma, Joannitaeque Rodemaldis, cum Ge-  
nuenses cum Pisani diffidebant in Palesti-  
na; Joannitae igitur aggressi Templarios  
unicum vix clade nunciam vivum relin-  
quunt, ipse manibus pariter inopertibus,  
clade in omnem retro arcem preparanda.  
Igitur Palaestina Templaria communi con-  
silio universis per occidentem fratribus sig-  
nificant, proximas ut necessitas per domos  
relictis custodibus sine mora vel excusatio-  
ne decurrant in auxilium, adhaerentem domum

## 116 CHRONICI TEMPLARIORUM

in plaga Ptolemaidis circumfita, & indignam ulturi peremptorum a Joannitis fratrum necem, insigni regionis totius consternatione, deperituram p. em, ac stabilitatem Christiani per orientem populi, ni omnipotens intolerabilem duorum Ordinum mitiget furorem.

PARISIUS *Hist. pag. 1310.*

ANNUS CHRISTI CIOCCXXI.

ORDINIS CXLIV.

TEMPLARII caeteris copias quidem jungunt adversus Bendocharum, seu Bendocharum Aegypti Soldanum, qui tamen iis deletis universa popularus usque ad Antiochiam, & Chorasmis diu evastandae incumbentibus Palaestinae vanescente opis illorum necessitate proturbatis, aut malis male perditis, Gallilaea potius hac expeditione integra, subigit etiam Jerosolymiam per illustria, & quod excurret ante iustra ereptam Christianis.

VIETROUSKIUS *Tomo III. Lib. X.*

ANNUS CHRISTI CIOCCXXII.

ORDINIS CXLVI.

CUM Templarii, & Joannitae captivos ex pacto restituere nollent. Bendochar pactatus quod debeant reddere xviii. Cal. Mai. cum xxx. civ. Ptolemaidem accedens, altero die

portis appropinquat hortosque grandi non sine Urbis discrimine flammis foedat.

SANCTUS *Lib. III. Par. XII. Cap. V.*

A I M E R I C U S \*)

XXVI. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI, CIOCCCLXIV. \*\*)

ORDINIS CXLVIII.

**P**RAECEPTOR domorum Franciae prius Templarii Joannitis, caeterisque Palaestinae militibus juncti rem gerunt haud segniter, primoque XVII. Cal. Febr. Lilion Castrum non absque propugnatorum caede, CCC. Captivorum, magnaque animalium praeda, suorum tribus duntaxat amissis, evertunt. XVII. Cal. Quint. Gerardi cujuspiam a Saracenis excepti Ramae, jam redimendi gratia exeuntes Ptolemaide plagam usque Ascalona ferro evastant, ac flammis, Purpuratos geminos cum gregariis XXVIII con-

\*) Id Serie Append. I. non memoratur.

\*\*) In Serie Append. I. refertur ad h. s. PRAECEPTOR DE PALAESTINA. Tunc vero inter calamitates & praesentissimum Palaestinae in universum amittendae periculum nonnulla spes ex altera Ludovici S. expeditione affulgebat, ut eo fitis functo 1270 Rex summas etiam apud Barbaros estimationis, ut Scriptor illorum temporum Gaufridus C. 45. commemorat, in bonum usum Sanctae originem quid solum est.

## 188 CHRONICI TEMPLARIORUM

cidunt, quorum occurrebant cccc. Non. Nov. Bethsan diruunt, pluraque Castella, & exusta plaga homines, & armenta in praedam agunt.

*SANCTUS Lib. III. Par. XII. Cap. VII.*

ANNUS CHRISTI CIOCCCLXV.

ORDINIS CXLIX.

**P**RIVILEGIIS abusi amplissimis Templi equites in id prolabantur vaesaniae, ut papali se subtrahentes potestati Mareschalli Stephani Sissei partes amplecterentur, qui Castrorum Magistri dignitatem iustus ponere, contumaciter, proterveque Urbano IV. oggesserat, non esse, quod se Pontifices Romani Fratrum ingerant officiis, unde hoc Anathemate perculso, Templarii caeteri acerbam ferre adacti correptionem Papae morem jubentur gerere, nec tergiversati, quod & Sissejus Fidelium restitutus communioni abire in Palaestinam Patriarchae superinde monito debuerit.

*RAYNALDUS Tomo XIV. Num. 75.*

ANNUS CHRISTI CIOCCCLXVII.

ORDINIS CLX.

**B**ENDOCIDARUS subacto, quantumvis caetera impenetrabili, deditione Castro Saphet, contra pacta perimit 13c. defensores, Priorique Templi & geminis religiosus qui eos ad  
mortem

mortem prae Mahometis infania eligendum  
generose accenderant vivis cutem detrahi,  
se tum capita rescindi pariter imperat.

*SANCTUS Lib. III. Pars XII. Cap. VII.*

ANNUS CHRISTI CIOCCXLVII.

ORDINIS CL.

**I**DEM VI. Non. Mai. Ptolemaidem accedit  
cum suis, quorum quia nonnulli Templi  
Hospitalisque Cruces concolore super velutu  
praeferebant, progressi Urbe 15. circiter pau-  
peres, Ordinum suorum decepti specie in-  
tereunt. Dicitur incertum quem in usum sel  
extractum cuilibet, & cuius ad Auriculas us-  
que detracta capiti.

*SANCTUS Lib. III. Pars XII. Cap. VIII.*

**THOMAS BERARTUS\*)**

XXVII. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIOCCLXXII.

ORDINIS CLVI.

**V**EL Beraud, sequē Praeceptor. Domorum  
Franciae. Huic adscriptum legas in Puteano  
pratum illunt; qui caeteris Templarius ob-

\*) In Serie Append. I. non commemoratur C.  
G. Arrou sicut illius electionem ad Annum  
127. & obitum ad 1273 addita insuper die 25.  
Martii.

## 130 CHRONICI TEMPLARIORUM.

jectus deinde sit, morem Christi abnegandi, ab aliis incertum cui Roncellino Magistro, qui a Saracenis comprehensus, libertatem secus non potuerit consequi, ac sponione facta inducendi, suum ad ordinem ritus ut negetur Christus, crux conspuatur, adoretur Idololum, & quae abominanda scelera postmodum fatebantur Templarii.

*DU FRESNIUS Tomo III. sub voce Templarii.*

R O B E R T U S

XXVIII. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIOCLXXIV \*)

O R D I N I S CLVII.

**P**RAESENS in Concilio Lugdunensi, una Joannita in quo Gregorius X. Papa utriusque ordinem contrahere in unum meditabatur, sed frustra.

*Magnum Chronicon. Num. 160.*

---

\*) In Serie Append. I. 24. ponitur jam ad A. MCCLXXII. C. G. ANTON hujus Magni Magistri nullam facit mentionem, sed pag. 132 ponit vicarium hujus Praefecturae post obitum Thomae Berault immediatum Gottfridum de Salvaing, quem utique autor noster ad Annum 1278 Roberti successorem facit; quod si obtineat, necesse est praefecturam ab Anno 1273--1278. vicaria solum potestate poene 6. Annis administratam esse, quod haud verosimile videri potest, vel ex eo etiam, quod ibi D.

ANNUS CHRISTI CIOCCCLXXV.

ORDINIS CLVIII.

**D**ISSENSIO inter Palaestinae Antiflites, progerminat aliam inter Principem Antiochenum, Templique milites, queis procurantibus quod Cybelethus concordiam cum Praefule Tripolitano sit amplexus, placere non poterat Principi, odium accendente Episcopo Tutore. Caeterum Templarii Casale de Fauconeria Cyprii Regis occupata, urbe, nonnullisque hujus praesentiam ordinandarum rerum gratia desiderantibus profiteri palam nondubitant, se haud curaturos veniat, si velit, vel non veniat.

SANCTUS *Lib. III. Part XII. Cap. XIV.*

ARON pag. 225 sub Praefectura Reinaldi de Vichier ad An. 1251 refert, cum Princeps Assasum ad Ludovicum Regem Accone agentem legatos misisset petendo ab eo, vel tributum, quale Caesar, & illi Principes dependissent, vel ut se a tributo Magnis Magistris Joannitarum & Templariorum pendere solito liberaret, interrogatos cur se ipsi a tali tributo non expedirent, reposuisse nihil prodesse, necesse a unum Magistrum interimerent, cum illius locum a vicario alter seque tam strenuus suppleat. Ex toto Historiae contextu & Serie Magistrorum Chronologica sic luculente colligitur Templarios post obitum casuvis mox ad electionem alterius Magistri processisse; neque Ordinis res hac letate adeo insolite fuerat, ut inestatum Vicarii populus tanto tempore interponi postularet.

138 CHRONICI TEMPLARIORUM

ANNUS CHRISTI CIOCCCLXXVI.

ORDINIS CLIX.

**V**ILLARELUS Magister domorum Templi per Armeniam, & aditas regiones opem contra Mahometanos fert Tivoni Regi Armeniae filio Haytonis, interim Cyprii Regis amici clam dissidium Joannitas inter ac Templarios profeminant peremptis etiam horum nonnullis. Videntes porro dicti amici, negligi per magnum Magistrum Civitatis negotia, Regi denuum persuadent, ut de congruis consilium capesseret, expediretque administrationibus.

GENEBRARDUS *Lib. IV.* SANUTUS *Lib. III. Par. XII. Cap. XIV.*

ANNUS CHRISTI CIOCCCLXXVII.

ORDINIS CLX.

**T**EMPLARII Tyrum Urbem administrant pro expeditione Christiana, malentes tamen Christianorum, discordias augere, atque componere, quas ipsi adeunt cum Boemundo Principe Antiochiae, convicia in illos ut juvenis erat, ac insolens perpetim jaciente, perque suorum quosdam familiares taedia ingerente militibus Templi, cum neque hi, neque Episcopus studium applicarent concordiae, Antilles Templi frater, & ipse hospicio relicto migrat ad sedes ordinis; quin & Robertus Magnus Magister terra Forto-

Quam in Insulam contendens arceret aditu  
 Tripolitanae Urbis, curatoque hac de offensa  
 fieri publice Instrumento Ptolemaidem re-  
 vertitur facturus Principi bellum, dimissis  
 etiam suorum quibusdam fratribus ad istum  
 ostendendum Gybelethi, septem itaque arma-  
 tas Triremes expedit ad cingendam obsidio-  
 ne urbem Nephin cum terrestribus etiam co-  
 pias, sed hac Ptolemaidem redire coactas  
 Triremibus naufragium perpeffis, quare Ro-  
 bertus Magister morte quidem naturali con-  
 sumitur, incertum tamen num non & per tri-  
 stitiam vel perturbationem accelerata.

SANCTUS *Lib. III. Par. XII. Cap. XV.*

**GUIFREDUS DE SALVAING**

XXIX. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIOCCLEXXVII

ORDINE GLXL

QUANTUMVIS serius Catalogis innotuit,  
 prognatus ex familia nobili Delphinatae verum  
 temporis injuriis redacta in angustiam, cu-  
 jus postliminio levandae non occasio Gui-  
 fredo fuerit, non facultas.

DUPRESNIDUS *Tomo III. sub voce Tem-  
 plari.* SCHURCEFLEISCHIVS *Par. I  
 Disp. XXXVI. Num. XII.*

\*) In Serie App. I. 25 collocatus ad Annum  
 MDCXXXV.

**GUILIELMUS DE BELLOIOCO \***)

**XXX. MAGNUS MAGISTER.**

**ANNUS CHRISTI CIOCCCLXXXV**

**ORDINIS CLXIX.**

**P**ERPERAM Petrus de Belgion, seu Bellivifus, aut Belivifus per quosdam appellatus. Templarii, & Joannitae in Sicilia Bonis exuuntur per Robertum Atracensem, quod Henricus Cyprius pulso praesidio Siculo Rex Jerosolymae Ptolemaide fit coronatus. \*\*)

*BRIETIUS Tomo H. Lib. XIII. Cap. LX*

**ANNUS CHRISTI CIOCCCLXXXIX**

**ORDINIS CLXXII.**

**M**AGISTRI Ordinum Templi, & Hospitalis implorandae opis gratia Romanum ad Pontificem trajiciunt in Europam, at Prin-

---

\* ) In App. I. 27 ponitur ad An. MCCXCI.

\*\* ) In Serie App. I. 26. ad An. MCCCLXXXV. ponitur: PETRUS DE BELGION, seu Bellivifus, alius a Superiore Petro hujus nominis, quo Rectore ordinis Latini animo plane ceciderunt & capta Anno 1200. Pro'em Ide, velut omni robore confecto, viribusque prostratis ex temporum statu & necessitate, omittendi belli facti consilium coeperunt iam sero, & magno suo damno intelligentes bellum illud, quo omnes prope nervos, spiritumque atsumpserunt, plus audaciae, ambitionisque, quam justitiae habuisse.

LIBER...  
cipibus plerisque ferendo ab auxilio qua  
impeditis, qua se excusantibus non aliud  
perficitur, quam quod haud exigua Volo-  
num manus Magistris adjunxerit se Brun-  
dusii navigiis transferenda Ptolemaidem, ut  
L. armorum, XL. Imbellis sexus, aut acta-  
tis Urbs cto. numeraret, vitiis suis, prae-  
cipue discordia capitum potius, ac armis  
perdenda hostilibus.

PANTALEON *Hist. Joan. Lib. III.*

ANNUS CHRISTI CIOCCXCL

ORDINIS CLXXIV.

**P**RÆRESSE quippe suis quisque titulis cu-  
piebant, salubriter, & cum optato rei Chri-  
stianæ fructu non poterant, plures, Veneti,  
Genuenses, Pisani, Florentini, Ordinum  
Templi, Joannitarum & Teutonicorum Ma-  
gistri guberni partem capeffere nitebantur,  
neque speciolus ad id desiderabatur prae-  
textus, ut alteri praeferatur, qui certissimus  
discordiae fomes dum Melec Mester Solda-  
nus ob violatos Mercatores Saracenos LX.  
equitum CLX. cto. peditum Urbi cingendae,  
ac oppugnandae Non. Apr. admovet, ac  
vel invitis qui dissidebant necessariam per-  
suadet in id tandem concordiam, ut Urbs  
Gulielmo Belloioco Templi Magistro pote-  
state suprema contra hostium insultus defen-  
denda communibus suffragiis crederetur, hic  
ergo unyversa providi, fortissimique Guber-

## III<sup>o</sup> CHRONICI TEMPLARIORUM

natoris expleturus munia, militem, vigiliis, loca omnibus subjectis sua, armaque partitur, cum porro puntios petendae gratia deditio- nis immisos generosissimo cum respon- so dimisset ad Soldanum, is ira, furoreque ardens, quidquid aderat virium admovet, oppugnandae Urbi, nec suis partibus desi- derari se passus Belloiocius, ac cum fortis- sima Templariorum manu accurrens, telorum grandine assultantes opprimit, frangit Ma- chinas, & dissipat, dum nihilominus ense Saracenum caeteris audaciorum appetit, Ve- nenata sub elevatam dextram figitur sagitta, sed neque sic a pugna renittens, obtrun- cato prius resistente sibi barbaro hostes a munimentis rejectos manu robustissima usque in Castra persequitur, unde reversus in Ur- bem tertio die heroam animam suo creatori reddidit, relicta insignium virtutum memo- ria, spe simul conservandae Urbis universis oblata, nec desunt Pontificiae Litterae, quibus cum Nicolaus IV. Papa pugnando in hostes fidei extinctum ut Martyrem prae- dicat.

Post cuius Fata relapsis in discordiam primoribus Urbs XV. Cal Jun, vi expugna- tur, Secundo tamen die Templarii primae propugnatores Turris, concisis prius ob at- tractatam ea regione mulierum pudicitiam ecc. Saracenis, Samsonis amplectuntur sor- tem, ac suffossa Turre se una cum oppu- gnatoribus Saracenis sepeliunt. Horum Exem-

plum sequuntur Equites Templi Sydone, ac in Castro peregrinorum animadverso discrimine, quod a Melechseraph Soldani Purpurato per mare imminebat.

Caesi omnes, qui e Berito huic mandanti occurebant de via, vel certe pedicis onerati Ptolemaide interim spe meliorum in domum Templi plurimi concurrerunt, ac dediti Soldano contra pactum majorem partem caesi, caeteri redacti in mancipia. Mox evolante in occidentem fama Prolemidem si militares ordines concordem incubuissent defensionem, amittendam utique non fuisse. Provincialia Concilia jubente Pontifice coguntur a Praesulibus, in hisque sciscuntur Templi Hospitalisque Ordines in unam Equitum familiam redigendi. Tale memoratur praecipue Salisburgense ab Archi-Antistite celebratum cum suffraganeis: e Bavaria Frisingense, Ratisbonense, Passaviense, Chiemense; Styria Secoviense, Carinthia Lavantino, Gurcense; Tyroli Brixienne. Litterae imo extant, quas ad urbem veterem xv. Cal. Sept. Calaritano in Sardinia Episcopo, super eo scribebat Pontifex, & scripsisse ad Francorum, Anglorumque Reges, ad Venetum Hospitalis Priorem, ad Praeceptorem Templi scitur, quamquam tamen conjunctio haec rebus Syriacis existimaretur utilissima, effectum tamen incertum qua de causa sancisci numquam potuit. \*)

\*) Ad Annom 1291. Nicolaus IV. Episcopus. 67  
data 5. Kalend. Sept. sigillata: Templarios, &

HEROLDUS. *Lib. V. Cap. V.* RAYNALDUS  
Tomo XIV. Num. 20. 30. 31.

MONACHUS GAUDINI \*\*)

XXXI. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIOCCXCII.

ORDINIS CLXXV. |

**E**LIGITUR a novem duraxat Fratibus  
unica enim decuria captae Ptolemaidis cladi

Hospitalarios militia insignes, sed perpetuis  
dissensionibus inter se laborantes, magni prae-  
sitaros, si in unam militiam coalescerent, &  
sub uno praeside eisdem legibus regerentur;  
Eam Rem sibi a quibusdam persuasam Andro-  
nico Graecorum Imperatori, Regibus Galliarum  
& Angliae, prioribusque utriusque militiae ubi-  
libet locorum renunciavit; quamquam enim  
certum sibi esset, eos milites, si in unam mi-  
litiam coalescerent, sub minus vinculum Ca-  
ritatis, & Pacis eo modo posse facilius adducil,  
& contra hostes fidei Catholicae tanto animo-  
sius, quanto conjunctius bellum posse agi, quid  
tamen ipsi de hac re sentirent, non tam con-  
sensum, quam judicium eorum requisivit. Ultra  
omnes laborabat in hoc ultimo persuadendo  
Pontifici, & Principibus Christianis Raymun-  
dus Lullus Majoricensis, urgebatque Romae,  
tam apud Honorium II. quam Nicolaum IV.  
apud Philipum Pulchrum Regem Galliae, apud  
Reges Siciliae, Majoricarum & Cypri, in  
Repub. Pisana, & Genuensi, mira animi  
Constantia. Vadit ad hunc Annum.

\*\*) In Serie App. I. non commemoratur.

militia Templi supererat, cum queis Magister Cyprum petir. )

De FRESNIUS, Tomo III. sub voce Templarum.

JACOBUS DEMOLAY

XXXII ET ULTIMUS MAGNUS  
MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIOCCXCVIII. \*)

ORDINIS CLXXXI.

SEU de Nolay, Burgundus e Vesontionis Diocesi Stirpe nobili, Templi amplexus ordinem, Bonis paternis universis in fratrem

\*) 1294. Wenceslaus Bohemise Rex, Thobias Pragensi Episcopo venditionem in Wodochot factam per viros Religiosos Eckonem Magistrum, & fratros domos S. Laurentii ordinis militie templi Jerusalemiani in Pragratam, & gratiam habet. Super eujus prectio 220 Marchis puri argenti Pragensis ponderis per eundem fratrem Eckonem a praelato Episcopo integraliter receptis cum VIII. Cal. Jun. 1295. quietat frater Berchramus dictus de Crwek militie templi per alminiam, Schlaviam, Boemiam & Moraviam humilis preceptor, vid. P. G. Waten. Kubang S. 325 & 326.

\*\*) In Serie App. I. 28. collocatur ad Annum mcccix. quod spets gestorum Seriel repognat, cum jam An. mcccvii. vehementes motus contra Ordinem coeperint, atque Molayus qua Magnus Magister captus in Carcere detentus fuit.

ipsius majorem natu devolutis, honorum ingentium spe non evanita, brevi enim maximorum in Prioratum redituum proventus, jam primorum quorumpiam commendatione Monacho Haudini vita functo, Ordinis totius clavo admoveatur, pauculos licet in ordines Annos exigisset, nec multos aetate numeraret. Quanta haec dignitas? quod expetitus Philippi Francorum Regis Filium e Sacro Baptizmate Sponsor levarit, ni opulentiae istud, speique donariorum amplissimorum potius, ac ipsi dignitati datum existimemus.

In Cypro Tectigal a familiaribus, mancipiisque Aempli duorum Bizantiorum singulum in Caput exigi solitum, & labefactari caepta vetustiora Privilegia Henricum Regem collidunt cum Magistro Molayo, quare hunc ad Pacem hortatur Bonifacius VIII. Pontifex, illum epistola XIV. Cal Apr. Romae perscripta monet mansuetudinis, caritatisque in Templi militiam tutandae rei Christianae juratam exercendae.

Cassanus Princeps Tartarus, quem Magnam Chamum appellant, superato Bandonone cognato, Mahometis erroribus abjuratis Christianis, precibus Armeni regis evictus, subactum restaurat Jerosolymam, & Templum Domini Salomonici Aese inaedificatum ritibus Romano Catholicis post additam aequae necessariam reparationem reconciliari curat; urbem vero inducis ad ha-

bitandum Armenis, Georgianis, aliis e Cypro Molay tradit gubernandam.

DU FRESNIUS Tomo III sub voce Templarii. GENEERARDUS Lib. IV. RAYNALDUS Tomo XIV. Num. 21.

ANNUS CHRISTI CIOCCXCIX.  
ORDINIS CLXXXII.

**C**APCAPUS Damasco Praefectus per Cassandrum relicto perfide Principe suo ad Aegypti Soldanum deficiens Templi, & Hospitalis praesidia, arcesque funditus evertit in Syria. Papa vero memoratus III. Id. Jan. Anagninae edit quampiam constitutionem, qua Jura Equitum Templi, Praelatorum, Religiosorum, Hospitalis in Cypro persistent salvas res interim Templarii que mutuan se inter tranquillitatem jure jurando jubentur adfirmare. Quod vero vetustior extaret Lex, ne Templi Joannitaeque milites citra sedis Apostolicae, ac Regium consensum bona immobilia ibidem queant indipisci, hanc severae adeo interpretationi haud subjiciendam Pontifex monet Regem, ut non quaspian etiam ad commodius habitandum domos fas sit extroere, benevolentia potius, & favoribus Equites prestquendos censet, quorum belli peritia non exigno cognoscitur esse Regni emolumento, scriptum in istud Anagnina pariter IV. Id. Jun.

PANTALEON Hist. Joan. Lib. III. RAYNALDUS Tomo XIV. Num. 27.

148 CHRONICI TEMPLARIORUM

ANNUS CHRISTI CIOCCG

ORDINIS CLXXXIII.

**R**ESISTUNT militares Templi & caeteri Ordines in Syria hosti annum fere solidum, & restituri erant amplius ni roburissimi quippe bellando defatigati succubuissent & qui caedi supererant, eorum praecipui quique vivi hostium subiissent potestatem, quare Capcapus captivos istos, abjurare jubet Syriam, si libertatem, bonaque mobilia velint nancisci. Fit istud, Templarii que grandi cum thesauro in Siciliam venientes, Regnumque Caroli II. & Friderici Aragonii dissidio animati classem instruunt egregiam, quibusvis eventibus intenti, ac occasionibus, Jacobus Magister Insulam Portosam cum Almerico Tyri Domino expugnatam intrat.

PANTALEON *Hist. Joann. Lib. III. SANUTUS Lib. III. Par. XIII. Cap. X*

ANNUS CHRISTI CIOCCCL

ORDINIS CLXXXIV.

**C**APCAPUS Aegypti Soldano junctus subigit Jerosolymam Templo Domini Salomonico iterum Mahometis ad ritus traducto, brevi tamen a Molai subsidiis per Cassanum roborato profligatur, pace qualicunque Syriae restituta, neutiquam tamen recepta & Urbe.

Ex hoc tempore Jerosolyma constanter paruit Aegyptiis Soldanis, Mamuluchis de-

Inde dictis, donec Selimus I. Tatarum Imperator subacta Syria Anno MDCLXVI. & foris cum Jerofolytae, tum Bethlehemi precibus, largisque distributis Eleemolynis, subsequo anno evertit Mamuluchorum potentia Aegyptum, Jerofolytam totam cum Palaestina, Syriam Ottomanico subiceret Imperio cui tam sanctam Urbem, quam dictas regiones in nostra haec usque tempora effobnoxias novimus. Solimanus dein Selyme filius, & successor MDCLXXII. Urbem Templum, Sionemque montem reparat.

Cacterum in Templo Arae Turcis stantibus nullae, sed lampades non paucae, foris autem tectum e plumbo, Christianorum ne aream quidem Templi Salomonici majorem partem vacuum, minus sanum ipsum, ulli fas intrare, ni vel capite mutilari, vel Christi fide prompto ad Mahometem transitu exui malit. Prospicitur perbene de tectis Caenobii Franciscani ad S. Salvatoris, melius ex objecto monte Olivetano, nec e propinquo Pilati, qua parte superest Praetorio nunc per Turcicum, Urbis Gubernatorem habitato. Haec occasione Jerofolytae.

GERHARDUS *Lib. IV.*

ANNUS CHRISTI MDCCCLXV.

ORDINE MDCLXXV.

JACOBUS Templi Magister in Insula Tortosa quispiam cedum construxit habitaculis oport.

tunioris ergo, quod ibi Conventum suum majorem partem detinere, summo quaesitas Turcis nocendi studio constituisset; Soldanus tamen Memphiticus cum Classe, ac assumpto circa Tripolim Saraceno etiam apparatu insulam gemina ex parte aggressus per Templarios rejicitur usque ad naves victores nihilominus quandam in Turrim se subducentes, facultatem suorum exponendorum liberam illi relinquunt. Insula sic subacta Templarii hostium invitationibus sibi, seque dedentes, ac Turrim contra praebitam fidem, captivi Memphim abducuntur, cxx. alio de populo, ac milite caesis amplius octingentis.

*SANCTUS Lib. III. Par. XIII. Cap. X.*

ANNUS CHRISTI CIOCCCV.

ORDINIS CLXXXVIII.

**B**ERTRANDUS de Argutis (alius Raymundus Gottus Bertrandi filius) ex oppido Mi-handrau, quod in Dioecesi est Burdegalensi, Vasco Gallus, ac ex convenarum Episcopo Archi; Episcopus Burdegalae, Bonifacio VIII. Papae amicus prius, inimicus Francorum Regi Philippo, pendente Pontificis editione, post Benedicti XI. excessum, Cardinalibusque novem menses in loco electionis Perusii haerentibus, ac scisis, cum alii Philippo Regi amicum praeparent, trium de Episcoporum Arbitrio electionem permittentibus,

ibus; & et Philippo Regi prodita, pacisci  
 nil dubitat, si eligatur in Pontificem, Regis  
 se obauditurum desideriis, spondetque hunc  
 solvendum protinus anathemate, & II. sub-  
 ditos interdicto eodem nominatos. III. In-  
 dulgentias quinquennii Decimas. IV. Acta se-  
 scissurum Bonifacii VIII. V. Geminos Car-  
 dinales Columnas, honori, & dignitati re-  
 stituendos. VI. Reservatum a Rege suoque  
 tantum modo tempore detegendum.

Praebita in haec fide XXI. suffragiis ad  
 Non. Jun. eligitur Pontifex Clementis V.  
 nomine, fama militiae Templi apud eundem  
 jam tunc laborante. Quid porro VI. hoc Ar-  
 ticulo latuerit, fatigant se scriptorum ingenia,  
 opinantibus nonnullis aut Imperii Romani a  
 Germanis, aut Sedis Papalis, ab Italia ad  
 Gallos translationem; aliis Sedis cum pri-  
 mis Apostolicae adversariis, Templariorum  
 condemnationem, vel ossium Bonifacii VIII.  
 exhumationem nimis quam praesidenter pro-  
 dentibus, cum opinari liceat, verum, & cui  
 fidas, asserere, incertum haecenus, an quis  
 possit. Quidquid sit Clemens V. inaugura-  
 tur III. Id. Novembr. Lugduni, quam Ur-  
 bem pompae dum obambulat, muri ruinae  
 Joannes Brabantiae Dux, & multi alii inter-  
 sunt, quorum ille cum Carolo Regis fratre  
 graviter etiam laeto, troenum Equi a Ponti-  
 fice infessis regebat; sic Papalis in Gallia se-  
 des, Annis, LXX. quas Babylonica Italiae  
 cepit.

BRIETIUS *Tom. II. Lib. XIV. Cap. I.*  
 KOLBUS in *Clon. 5.* PANVIRIUS *ad*  
*hunc.*

ANNUS CHRISTI CIOCCCVL

ORDINIS CLXXXIX.

**T**EMPLARIJ in Sicilia societatem Arthorum cum Rege Carolo amplectuntur, atque hic etiam classem in Regno cogit Neapolitano, quam & Templarii, & plures praedarum conscendunt spe, ac rapinarum. Junctus vires Rogerius Eques Templi, belli peritia celebris, lectus Dux copiarum, & Classis Archithalassus, homo idem strenuus, ac Sanguinarius movet in orientem, Graecosque Schismaticos, Thraciam invadit subacta mox Thessalonica, Helespontum, ac Peloponnesum actis everrit praedis, nulla Graecorum jam, Latinorumque ratione. Atticae sors nil melior, Athenae caeso, qui rebus ibi praerant Roberto Brenna capiuntur, ac his Raynerius Acciaolus, Florentinus Rogerio Duci per familiaris, carusque praeficitur.

Post Atticam tota pervastatur Macedonia, praedae leguntur ingentes, quibus opulentiores Templarii & ad Occidentem reversi, seque varios in coetus partiti, per Galliam, praecipue, caeterasque regiones, ac provincias disperguntur. Cyprii Gubernatorem constituunt de medio sui, postquam Henricum proprio exutum Regno, relegarunt in

Armeniam. Ad Rhodum nihilominus oppugnandam conjungunt Joannitis Arma, & Clementis Papa publicis ad Reges Antistitesque litteris Idib. Apr. detegit, munus Arma, & bellum Saracenis inferendi Humberto Blanco Templi Equitum in Arvernia Praeceptor, et Petro Leugresio Patrio Massiliensi arbitrio Sedis Apostolicae cessisse, hos ipsos suscepto in consilio Papa litteris confirmat aliis, & monet fortiter capessere contra Mahometicolas bellum.

Prior alioquin Ordinis Templi Conventus Monfalconis Provinciae Tolosanae, a Jacobo Magistro grandium demerito scelerum, haereticis nempe, aliorumque Lutetiae Carceri perpetuo traditus; alter Noffus nomine, Templarius, patria Florentinus Prioris socius eadem intra repagula duram gemebant sortem. Factum circa istud tempus, ut Rex Parisiis in sedibus Equitum Templi, vel per eos certe titulo quocunque procuratis, a seditiosis popularibus obsideretur proculsa causa ponderis non sat legitimi monetae, per quem tumultum nil adferri Regi poterat, quin conspurcicaretur, prius minimum, si non penitus auferetur, & hic Templarii partem capessere visi, cum eorum nonnulli seditiosos excitare fuissent animadversi, Regem certe dicto, vel facto, non ad prudentiae regulam exactis lacessivissent. Tricenos igitur seditionis incentores, nec non pullos in his quoque Templi Equites inestos

## STATVS CHRONICI TEMPLARIORVM

suspensio cum audirent memorati captivi, pelli suae pariter merentes & sanguini, cor Rodiae Praefecto referunt, esse, quae in salutem totius Reipublicae Christianae detegant Regi, si vitae libertatisque obtinendam securi ejus ducantur in praesentiam, nec difficilis, cui universa denarrabantur prolixius, ad haec Philippus, primum quidem ab Optimatum nonnullis jubet illos in ex-nien vocari, sibi que referri omnia.

Ita hi ambo tremenda narrant de Templi Ordine, quae nullus cogitare mortalium, quaeve Rex credere aut nollet, aut scripto per Fisci Procuratorem significata nequirit, gravi tamen impulsus animi motu, quod relata maximi forent momenti, constitit haud dimittere hanc occasionem, verum potius veritatem personaliter ipse quoque amplius explorare. Quae igitur sive captivi praedicti, coram delegatis primoribus, & Rege ipso narrarint, seu Scriptores plurimi palam serae posteritati memoranda Templariorum scelera duxerint, aut hi ipsi ad quaestionem tracti, propria sponte confessi sunt, una hic serie memoramus.

Cum recipiuntur, negant Christum, aut Deum esse, aut Salvatorem hominum, sed afferunt falsum Propheten extitisse, suorumque in cruce luisse poenam. Effigiem Crucifixi sputis foedant, conculcant pedibus, quin permungunt etiam ut plurimum die Parasceves. Quoad negationem simplicioribus pris-

texunt S. Petri Apostoli exemplum. Virgi-  
 nem Deiparam & universos Caelites ejurant.  
 Receptus obscenas recipientis partes, finem  
 spiritus dorsi, seu Anum nudam, virgam vi-  
 nentem, umbilicum, & os cogitur osculari.  
 Ceterum, aut ejus specie potius Diabolum  
 adorant, coluntque sub Capitis Generalibus  
 apparere solitam. Adorant insuper, colunt-  
 que latris cultu, non sine sacrificiis etiam  
 sanguinis, ac hostiae humanae, per natorum  
 quippe de se infantium immolationem Ido-  
 lum, idque de statuto sui ordinis, forma non  
 eadem ubique, est per diversas domos mul-  
 tiplici, praecipue caput quoddam inducta,  
 humana pelle, habens in fronte Oculorum  
 vice, fulgentissimos duos carbunculos, can-  
 dida illi facies, nigri capilli, & crispi liques  
 circa collum deaurati. Granium alioquin hu-  
 manum inauratum, barba prolixa, & gem-  
 mis intermitente, aut statua vetere polito  
 panno tecta, vel vera facies terribilis neque  
 dissimilis daemone, cui pedes quaterni,  
 ab ante duo, posterius totidem, condi sue-  
 vit interdum in ara templi summa. Persua-  
 sum his ab hoc opulentiam immensam, ho-  
 nores, fortunaeque caeteras posse obtineri  
 Ungitur deflus, quos ignibus torrent, infan-  
 tium e Templaris natorum, & matribus  
 abreptorum pinguedine.

Libidini Regionum Orientalium calores  
 obtendunt. Luxuria tanta, ut eorum domus  
 foeditatum quarumvis, non injuria dici sen-

## 80 CHRONICI TEMPLARIORUM

tinae queant. Mulieribus nullo mutuo sui, suorumque respectu commiscetur, licet vovissent castitatem, quas vel abortum docere facere, vel secus natos trucidant infantes. Saepissime foetum matri abreptum stantes in circulo pilae sibi mutuo projiciunt ad insar, quoad expiraverit, tum torrent, sive assat flammis, dehus pinguendine uncturi suum Idolum, quod sic fieri speciosius existimant.

Quia vero, per mulierum concubitum suas facilius in apricum emergere posse verentur absurditates, receptis primura Tyronebus non indulgent solum, verum & persuadere nituntur mutuam se inter Sodomiam patranda acque, ac ferendam, quinimo ex instituto ordinis etiam praecipunt.

Plura cum Ecclesia quidem faciunt, sed ne sectae illorum spurcicies publicam subire possit notitiam, omnia mendaciter, doloseque. Scatent enim cunctis Fratri cellorum erroribus. Negant praesentiam, & corpus Christi in Eucharistia, ac illorum Presbyteri sub Missae Sacrificio verba ammittunt consecrationis, spernunt Papam, & auctoritatem Ecclesiae, Sacramentum poenitentiae, seu Confessionem irident penitus, ipsi non alteri temere, ac sui ordinis Sacerdoti confitentur; sed & ajunt suum magnum Magistrum, Priores, Praeceptores, superiores quosuis, etsi Presbyteri non essent, posse ac id valide quidem absolvere a peccatis. Ne-

gant futuram mortuorum resurrectionem, sui defuncti fratris corpus in Cineres igne resolutum, commixtumque potui, exhaustiunt, pharmacum fortitudinis, vinculum silentii, mutuaeque constantiae.

Superiores ordinis pactum cum Saracenes habent, Mahometi magis addicti, quam Christi Religioni. Struunt perniciem Principibus Christianis, homicidae sunt, Sacrilegi, Crudeles; Tyrones, aliosque flagitiis libi proposita detestari ausos, ne in publicum haec exire possint, necant, nocturne sepeliunt, aut certe perpetuo, nec ulli alienorum ab ordine facile adeundo carcere mancipant.

Adversa moluntur statui publico, quod ipsorum structurae manitiae nitae majorem partem, ac fortalitiorem norma innuere clare videntur. Patris in Syria malis plurimis amissam prodidere cum Prolemaide Palaestina, Divum Ludovicum circa Damiatam capiendum a Soldano, cui vendiderunt Exercitium Christianum, ut quae in Fridericum II. Imperatorem attentare praesumpserant, & interemptus contra Jus gentium Affricorum Legatus, pleraque talismodi sileantur.

Jurant augmenta ordinis in substantia, personis, honoribus indifferentur justa, vel injusta, cum vel sine injuria tertii. Haec & dolum, alisque, modo sint ordinis proficia, negant, accensenda peccata.

Multae eis nefandae constitutiones, illicitae, profanae, adversae Christianae Religioni, quarum in alienos ab ordine propagatio sub poena perpetui Carceris, vel & mortis gnaris earum fratribus seve re solet interdici.

**Capitula Generalia,** seu **Conventicula** sua professionem si quae fit, emittere, Magnum inaugurare Magistrum semper in occulto, & praesentibus paucissimis juniorum, ac noctu solent tanta solertia, ut dispulso ex aedibus famulatio vigilans per templi, domusque tecta dispositi strenue arcere jubeantur, ne mortalium extra ordinem ulla audeat appropinquare. Huc & jus jurandum pertinet, nemini ea, quae in aurora, vel primo crepusculo sunt revelanda. Et haec universa dudum jam patrari solita, ut ex eo tempore Ordo in personis semel, plusve totus potuerit innovari.

Quae templariorum delicta ne repta subinde legentium taedio sit opus, prodenda fuerant simul. Cum vero ea percepisset ex dictis captivis, & exin rem ad totam Rempublicam Christianam pertinere agnosceret

\*) In Regula supra ad An. 1128. memorata diserte praescribitur: *Ad pertractanda graviora negotia in arcibus quosdam tantummodo fratres vocandos, laud omnes, & in qua tandem societate graviorum Negotiorum pertractationi omnes intersunt, etiam juniores qui tamen hic simpliciter non excludebantur.*

Philippus Rex, primum quidem captivos  
 carcere dimittitur, non diu felices, Noffe  
 enim, alia de causa per lictorem elidantur  
 fauces, Prior Monfalconius Interimitur, pro-  
 ditione, sceleratos, Nemesi a tergo secuta  
 incertum tamen, an patratorem olim, vel  
 deinceps eritimum, ergo, aut vero, falsas,  
 quod quidam videntur praeiendere, iacusa-  
 tionis, Equitum Templi.

Postea Rex misso ad Clementem V. Pa-  
 risi Lugduni, tum agentem Legato, currat,  
 narrat omnia, quae ii ambo adversus ordi-  
 nem retulere, alii volunt, Pictavi persona-  
 liter Philippum haec narrasse Clementi. Qua-  
 liter eunque tandem, multum ex ista pro-  
 positione obstupescit Pontifex, neque cre-  
 dere poterat veras esse has accusationes.  
 Epistola igitur Idib. Sext. declarat Regi non  
 se capiendū parem, qui graves hae duorum  
 istorum contra ordinem, ac particulares  
 Equites delationes veritate nisi valeant, praeci-  
 pue cum Templarii si non earum infamiae,  
 minimum publicae quadam tenus iam cer-  
 tiores ipsi scripserint, paratos se gravissimae  
 subijci poenae, si ea, quae in Ordinem  
 sparguntur veritati deprehendantur consona,  
 decrevisse tamen medio Inquisitionis contra  
 Militiam Templi mox instituendae majorem  
 rei capessere notitiam, Rex medio tempore  
 significet, quid hic ulterius ad ipsius perve-  
 nerit aures.

## 184 CHRONICI TEMPLARIORUM

Jacobum tamen templi Magistrum Pape vocat ex Insula Cypro consultandi gratia, qui solus invitatus suspicari sequiora ne valeat & se subtrahere, venire, a Rhodi oppugnatione jubet Joannitam quoque, caetera inter inquilens: super quibus rectura, & cum dilecto filio Magistro domus, Militiae Templi, de quorum circumspccta probitate, & probata circumspcctione, ac vulgata fidelitate fiduciam obtinemus, deliberandum decrevimus. PAGVINUS *Lib. VII.* HEROLDUS *Lib. V. Cap. XIII.* PUTLANDUS *Par. A.*

TRITHEMIUS *Tom. II. Annal.*

ANNO CHRISTI MDCCLVII.

ORDINIA: CXL.

**M**OTUS adversum Templarios, qui universam Christianam Rempublicam extremam in admirationem posuit, jam tandem memorandus est. Et quis non stupuisset, cum generosos Ordinis praestantissimi, Reique Christianae, ac Orientali, cum primis plurimum proficuos Equites tota Gallia, sensum vero ab exemplo caeterum per Europam, & quae nobis superaret Asiam capi custodisque mandari conspiceret? ut a quibus initium, regulam, crucis rubrae candido super habitum insigne, praecipuas opes ordo acceperat, exitium una Gallis deberet.

Grandia haec, inquit Mussatus Professor Patavinus mirandaque ac vix crediti prius, quam fierent motus hi, qui nec caelestibus

canere prodigiis. In ipsis quidem tantorum  
 successuum principiis, de coelo apparitiones  
 Parisiis, perque contiguas Francorum ter-  
 ras, conspectae sunt. Solis & Lunae, per Ec-  
 clipfis ex telluris umbra; per biduum novum  
 ignotumque visum sidus irradiat. Lunae  
 igneo triplex, & in aethere circuli quidam  
 cum inclusa croci effigie, novaeque for-  
 mae ac variae per aera, insuperque ex tel-  
 lure advolantes in coelum faces in partes  
 Italiae conflagrare, polorum axes increpitan-  
 tes sereno coelo audiri, velut tonitrus eden-  
 tes absque promittantibus. Sic de Galicia  
 enuntiatum est terris, repletisque civitates  
 mundoque fame infidente patens, habitum  
 est. Haec Musurus.

Philippus Rex h.eres a Pontifice ad sua  
 reversus, & ejus infensus cunctationi, ve-  
 rit usque fama latius sparsa, auctaque in pugis,  
 ac in omnibus Templariorum potentia Rege-  
 rum quocumque superiorum adducta noti-  
 tiam, Regni sui perturbandam tranquillita-  
 tem, & oriturum communem Regionis to-  
 tius tumultum praecipue cum ordo templi  
 multum in Gallia, ubi praetoria ipsi sedes,  
 opesque maximae, potens Regem non ni-  
 mium metueret, cui ut occurrat malo con-  
 siliium inter cum paucis Purpuratorum primo-  
 ribus. Magister interim Templarius (Joannita  
 Rhodo suae adherente) cum LX. Equitum  
 suorum, inter quos Guido Delphinus, Hugo

## 156 CHRONICI TEMPLARIORUM

de Perando, alii percipua e nobilitate nos-  
citabantur, Lutetiam se sistit.

Gratulos sibi horum adventum Philip-  
pus statuit Templarios omnes repente ca-  
pere simul, & compingere in custodiam. Ut  
porro decretum istud clam protus habeatur,  
neque templariorum venire in aures possit,  
praecipua usus Guillelmi Nogarei Cancelli-  
rii sedulitate ad cunctos locorum, ubi domus  
forent Templariis, Praetores xviii. Cal. Oct.  
genina singillatim exarat mandata, exte-  
rios unum, ne interius aliud aperiat, sub  
regiae gratiae iactura usque ad praefixitatum  
diem IV. Id. Oct. Feriam V. seu Jovis, in-  
terea ne verbulum quidem de illo ulli mor-  
taliu[m] reddendum notum, dicta die aperien-  
dum, utique, ac executioni tradendum pota-  
liter, sub amittendorum & officij, & om-  
nium bonorum poena.

Tabelliones in distantiam majorem primi,  
alii qui ad propiora erant pertracti post dies  
aliquot mittuntur, unde factam, ut man-  
data uno tempore suis exhiberentur dominis  
& eadem hora toto regno aperirentur. Quo  
facta dum interiorum mandatorum expectatur  
apertio, paulo post X. Cal VIII. Guillelmus  
de Parisius ex ordinis Praedicatorum a Sacel-  
lo Papae, Regi a Sacris Confessionibus,  
Generalis idem per Gallias Inquisitor, sub-  
alternis Inquisitoribus praecipit, Quaestio-  
nem in Templi Equites ut ordiantur, ac  
prosequantur.

Allespo interim die IV. Id. Oct. supra  
 memorata feria V. seu Jovis, penduntur  
 etiam interiora mandata, sub regiae indig-  
 nationis, ac animadversionis poena, omnes  
 hodie officii sui milites clam congregandos,  
 ac nocte insecuta Templariorum aedes scalis  
 admotis conscendendas, omnes, & singu-  
 los Equites manu armata capiendos, atque  
 ad Regem Lutetiam deducendos; Bona-  
 que Fisco regio tradenda, uti palam in-  
 nuerant mandatorum istorum exemplaria ad  
 Renaldum Vice-dominum Pinquonii, Joan-  
 nem de Varrenis, & Basilium Ambianensem  
 directores.

Altero post praestitutum speriendo, ut  
 supra interiori mandato die, III. Id. Oct.  
 feria VI. Veneris; solis exortu Rex ipse in  
 persona cum magna hominum suorum parte  
 Lutetiae Domum Templi accedit, Magnum  
 Ordinis Magistrum Jacobum Molayum cum  
 omnibus suis Equitibus & Fratribus servien-  
 tibus advocat, praetexens majoris quidpiam  
 momenti esse proponendum. Cum omnes  
 adessent, monet sponte se dedant captivos,  
 ni fiat, vim prompte adhibendam, & sic  
 quoque trahendos in captivitatem. Jubet e  
 vestigio militem suum a tergo domus tantis-  
 per perreconditum armata manu ingredi, &  
 ejus opera Templariorum quemlibet singilla-  
 tim educi, atque in praeparatos jam ante  
 carceres compingi; sic Magister Jacobus  
 Cocbotum abripit caput Tractus, burg-

poesii, ad Sequanae, amnium confluentes. Totum insuper occupat Rex aedificium, thesaurum integrum accipit ad suam custodiam, diligenter vestigat Instrumenta eorum litteraria, omniaque mansionis bona suscipit in suam potestatem. Quod hic Parisiis a Rege cum Templariis actum, Praetores die, ac hora iisdem agunt toto regno; ut omnes & singuli Templi Equites per Galliam, quaqua late patet, integram ex improvise caperentur, atque carceribus ultra numerum quingentesimum injicerentur, ne unico quidem excepto.

Ab hoc igitur eventu Captivitatis in Gallia manasse famam credimus, omnium Templi Equitum una die, horaque trucidatorum, per Ungariam nostram, ac vicinas regiones vane disseminatum, & in hoc usque tempus apud litteratos nil minus ac populum vigentem.

Nec diu moratus idem Philippus Rex XVII. Kal. Nov. nuntios expedit in omnes Christianorum Principum regiones expoſtulanſ, ut in ſua quiſque ditione Fidei Catholicae aſſerendae cauſam contra Templi Militiam tueri vellent. Captos porro taliter, ut praefertur Templarios Rex, quo caepto inſiſtat operi, quaestioni ſubjicere decernit, prius attamen ne vel ſuo praepudicium adferat, vel Sedis Apoſtolicae Juri adferre voluiſſe cenſeri debeat, ex Pariſina Uniuerſitate, quid hac in re ulterius agendum videat.

cur, & moliendum, percontatur? responsum autem dum exspectat, nil agit amplius Rex, verum ejus quod actum, certiozem reddit Pontificem, addita etiam sic necessario agendi ratione.

Papa intellecto hinc toto negotii cursu scribit Regi, quam grave aduerserit piaculum, quod homines istos, personas unque spirituales capi currarit, nil igitur statuat ulterius cum Templariis, mittendos enim a se duos Cardinales, Berengarium SS. Martyrum Nerei, & Anchillei, ac Stephanum tituli S. Cyriaci in Thermis, quibus totum id committendum, finendique agere de indulta Pontificia potestate. In iisdem Pontificiis litteris suis Papa Universis Archiepiscopis, Episcopis, Praelatis, & Inquisitoribus totius Gallie omnem adimit potestatem quidpiam contra Templarios attentandi, quam nempe reservaret sibi tantae rei futuro Judici.

Cui Pontificis facto succensebat Rex plurimum dequestus, Papam in negotio adeo justo, non saltem nolle adesse subsidio, verum & sibi & Ecclesiarum Praelatis omnem subduxisse auctoritatem quidquam contra scandalosum Templi Ordinem agendi, cum tamen ipse & Episcopi Regni quotidiana ab experientia melius contra hunc ordinem, ac exteri, & rerum istarum inexperiti agere norint. Litteras ipsas Pontifici scriptas expressius applius e re hinc.

Quod hic injustae adeo rei prosecutione  
 valde se monstret remissum, scilicet quan-  
 tumvis nil aeque Deo adversum ac facilita-  
 tem, hac enim delinquentibus praebere an-  
 sam scelera sua reticendi: nullo magis ad  
 officium pertinuisse Pontificis, Episcopos,  
 & legitimos Judices Ecclesiasticos ad extir-  
 pandum hujusmodi ordinem excitare, apud  
 quos sacri pars foret Regiminis, majorque  
 facultas in res tales inquirendi, quam alios  
 nulla eorum pollentes notitia. Injuria non  
 absque grandi regimen istud a Deo conces-  
 sum detrahi Episcopis, qui nec ipsi nec de-  
 mum Rex contra Jurisjurandi praescripta ista  
 quirent admittere. Contemptorem Praesu-  
 lum gravi se obstringere scelere, & Christum  
 ipsum per quem vocati sunt, spernere, ne  
 revera ullum, ni contumeliosos velit haberi,  
 in Ecclesiam, Pontifici suadere posse illos  
 vel potius Jesum Christum contemptui ha-  
 bere. Papae legibus praedecessorum suorum  
 obnoxio, constricta per eundem Inquisito-  
 rum Fidei potestas grandi est praesudicio,  
 cum spes hinc Templariis esse possit inve-  
 niendae apud ipsum gratiae. Tandem Regem  
 ista non uti accusatorem, delatorem, &  
 partialem promotorem, aut Dei servum, Fi-  
 dei propugnatorum, Legum Divinarum Ze-  
 lotem aggressum, ut Ecclesiam in Sancto-  
 rum Patrum constitutionibus, quarum Deo  
 reddenda sit ratio, protegat.

Licet

Licet interim epistola haec acerbis adeo plena sit expressionibus, Philippus nihilominus statuit Papae satisfacere quadamtenus, quare ut coram orbe toto palam faciat se hic non honorem, & commodum proprium, verum Dei, ac Ecclesiae quaesivisse, missos ad se duos idcirco Cardinales componit, postquam eorum manibus non captivos solum, verum & eorum bona mobilia aequae ac immobilia cum litteris consignasset. Quosdam etiam Templariorum primores Pictavum destinat ad Pontificem, ut ex eorum audiat ore, quam recte sit actum in hoc negotio. Pontifex & illos, & duos ac septuaginta Templarios alios, quo in statu sit eorum Ordo, qualiterve agere in eodem consueverint, examinat. Hi pandunt ora sua, & referunt horribilia, turpissimaque scandala Ordinis, ut Papam puderet ea suae inserere Bullae.

Quae hi fatebantur coram Pontifice, praesentibus insuper quatuor Cardinalibus, memorialibus libris inseruntur a Notario publico, & eo facto praeselecta iterum, iterum confitebantur, ut omnia haec fundata essent veritas. In isto Consistorio refert Pontifex quae Ordinis Eques, aulae suae familiaris de pluribus, gravibusque sceleribus patrari Templariorum in ordine solitis se coram, ac Raymundo cognato Cardinale confessus fuerit; & haec Pontificis dicta mox inseruntur Prothocolis.

Per quas spontaneas Militiae Templi confessiones mutare priorem suam resolutionem, & tam Regi, quam Ecclesiarum superioribus per Galliam, ademptam postliminio restituere Papa cogitur potestatem; nova idcirco Bulla universis praecipit Ordinariis, ut per Dioeceses suas magna diligentia contra Templarios inquirant, nil tamen in Magnum Ordinis Magistrum moliantur, cujus quaestionem ipse sibi reservavit. Omnes pariter captos Templarios manibus Nuncii sui consignent habituri omnem ad istud negotium indultam auctoritatem.

Tali praeeptioni Rex obauditurus, omnes captivos resignat Nuncio, certiore desuper reddenti Pontificem, addentique non videre se, qui tot captivi tuto possint educi Gallia, esse ideo consultius ut retineantur in Regno, & per Regium militem, Pontificis ac Regis nomine asserventur. Probat istud consilii Papa, Regemque in id requirit adjungens, injiciat Bonis manus, verum si Ordinem fortassis extingui contingat, illa recuperandae Terrae sanctae impendantur; statuit interea fidos homines conservandis Bonis, districtis desuper futuros obnoxios rationibus.

Rescribit e contra Philippus Clementi placere utique sibi hanc Institutionem, neque minimum e bonis ejusmodi se concupiscere, ea de causa Papalibus servitoribus sex primores adjungit, quibus & Templariorum

committit curam, Pontifex autem plures nominat, qui cum constitutis in id Cardine- libes adiant examini, & Processui Templariorum, duos nempe Canonicos, duos Pa- tres ordinis Praedicatorum, & totidem Fra- tres Minores Ordinis S. Francisci, quibus omnem pontificiam auctoritatem, ac ple- nipotentiam attribuit, & grave isthoc opus fiducialiter injungit. Rex insuper aliquot no- bilissimos ordinat, qui Papalibus his Com- missariis fideliter assistant, captivos tuto in- tro, forasque ducant, & praeconceptae in- ter sint quaestioni Templariorum. Constituti Inquisitores, ac adjuncti Optimates rejecta temporis mora praesingulo loco in judicium confident, unum post alium suam in prae- sentiam adduci curatum percontantur de omnibus & singulis punctis praescriptis a Pontifice, plures eo labore conterunt dies. Sic itaque examinati.

In Feno S. Dionisii Insulae Francia Radulphus de Gisclo Templi Prior. Cadomi in Normannia inferiore maritima Gaulterus de Bulex. Per Guilielmum de Parisiis ex ordine divi Dominici Inquisitorem Generalem Lutetiae Oct. & Nov. mensibus Templi equites cxi. numero; Eorum praecipui p. IV. ordine Guido Delphinus se XII. aetatis sano receptum, abnegasse Christum, con- spuisse Crucem, osculum in ventrem praebuisse Receptori, monitum mulierum ca- vendarum, liberae tamen sodomiticae cum

fratribus commixtionis, VII. Matth. de Bos-  
 sco, Audomari Magister domus de Chlichia-  
 co, XXVI. Jacobus de Molay Magnus Ma-  
 gister ordinis abjurasse Christum, non per-  
 misisse tantum Sodomiam omnibus, verum  
 eum ipse patriarcham eandem, etiam praecepisse  
 fieri a ceteris, LXXV. Petrus de Bononia  
 Presbyter abnegationem, Sodomiam, & oscu-  
 lum Superioris in vili parte inferius LXXXVII  
 Hugo de Perando commissam, & permissam  
 Sodomiticam commixtionem, adorationem  
 Idoli in Monte Pessulano. Horum terni dun-  
 taxat nil turpe se in ordine conspexisse te-  
 stati, quia nec admissi ad arcana. Idem Gui-  
 lielmus cxi. Templarios Trevis Campaniae  
 audit praesentibus Duumviris provinciae  
 nobilissimis. Coram Bertrando Equite de  
 Agassa Senescallo Rigerrensis Comitatus  
 & regio eodem Deputato quaestioni subjecti  
 VI. Templarii in Cadurcensi Aquitaniae  
 Dioecesi coram Joanne Arreblajo Equite  
 VII.

Cardassone in inferiore Occitania praeter  
 quinos alios Joannes Cassanbadius Praeco-  
 ptor domus templi de Neogarda prope Apa-  
 mias graphice prorsus ritum suae receptio-  
 nis delineabat sub examine, missis ad se  
 duobus Equitibus, ac interrogantibus num  
 dare velit nomen ordini, reposuit esse suam  
 hanc intentionem, dein accedentes totidem  
 alii, suscipi esse non exiguum, apparere  
 duntaxat exteriora, regulam observau esse

perdifficilem agebant. Tum immissus & pro-  
cidens coram Praeceptore, seu Superiore li-  
brum tenente adstantibus X. circiter fratribus  
interrogabatur, quid cupiat? reddidit se desi-  
derare in Ordine ipsius esse, quo praemisso  
jussit imponi manus libro Praeceptor, & ju-  
rari, num quod habeat impedimentum, live  
ob nomina contracta, seu Matrimonium, vel  
aliquam servitutem, reponeret neququam. Ex  
post manum adhuc tenenti super libro in-  
quit, oportet ut promittas Deo, & nobis  
quod velis esse obediens, vives sine proprio,  
observabis castitatem, custodies usum &  
consuetudinem Ordinis, atque credes in Deum  
creatorem, qui non est mortuus, neque mo-  
rietur, super quo etiam juravit.

Post haec Praeceptor quoddam pallium  
expandit super dictum Joannem, & cum  
quidam sacerdos Ordinis legisset Psalmum.  
*Ecce quam bonum quam jucundum &c.* ac  
eundem osculatus est in ore. Praeceptor postea  
decubuit super illud scamnum cui alias in-  
sidebat, & dictus Joannes eundem oscula-  
tus est in Ano, habitum ejus ab ante. Dein  
cum consedisset rursus reliqui fratres eum  
osculati sunt in Umbilico, & praeceptor ex-  
traxit de pyxide quoddam ex aurichalcho  
Idolum in hominis figura, quo cistae su-  
perimposito dixit: Domini, ecce unum ami-  
cum Deo, loquitur cum Deo quando vult,  
cui referetis gratias, quod vos ad statum  
istum duxerit, quem multo desideravistis.

tis tempore, vestrumque jam desiderium compleverit.

Hoc dicto ipsi illud adorarunt, ter pro-  
cumbendo in genua, & sub quavis adora-  
tione monstrabant Crucifixum, ac in signum  
abnegationis eum conspuebant. Idem prae-  
ceptor dedit Joanni quodpiam e filis ligamen  
& permisit, ut se audeat commiscere Sodomi-  
tice cum Fratribus Ordinis. Peracta ista Ce-  
rimonis, ubi indutus est habitu Ordinis, de-  
nihilum ducebatur ad Superiorem, qui eum in-  
struxerat, qualiter debeat se gerere in Eccle-  
sia, in militis, in mensa, quodve ligamen  
illud debeat habere semper ac gestare. Haec  
de receptionis ritu Cassanhasius.

Quaestionem etiam Bajocis exercitam no-  
vimus, & alterum Cadomi Religiosorum  
virorum ab eodem Inquisitore delegatorum  
opera de XIII. Templi Equitibus, ubi Hugo  
de Castello, & Ingerannus de Yilleris Equi-  
tes repii Deputati aderant temporalis poenae  
remissionem spondentes, cum priores Eccle-  
siae misericordiam sponte factis obrulissent.  
X. Templarii ad Pontem Arouensem per Pe-  
trum de Hangest Rothomagi Praetorem alios-  
que viros nobiles auctoritate regia; Bello-  
quadrae XLV. ab Odoardo de Molendinis  
Commissario a Rege in quaestionem vo-  
cantur.

Et in hac tanta CCCXL. capitum examini  
subjectorum multitudine, si Loretianam illam  
triadem fors excipias, non erat, qui ma-

ximorum criminum, Christi abnegati, Crucifixi sputo, abiectione, conculcatione, lotio foedati, adorati Idoli, Sodomiae, ac Haereticis aliquod confessus patrum, & patrii visum non fuisset, duo alii, plura pauciora & omnia multi, profundissimis precibus, ac humillimis genuflexo plurimi orabant, veniam, perebantque reconciliari Ecclesiae non sine lachrimis.

Severiores deinceps aliqui per tormenta subibant quaestionem, minis pariter, ac promissionibus libertatis, opumque tentati alii, primi illi, aut soli, sed e veteri gentis consuetudine, quam jure procedendi petitam e Gallia hoc ipso, quo apud nos Carolus I. regnabat tempore, ac inductam Hungariae quis nostrum ignorat?, quin plures loquendi formulas ex ipsis autographis contra Templarios actis quodam animi cum solatio erui liceat, purioris quidem Latinitatis haud probandas, cultoribus, verum nostratis causarum Patronis, quos Procuratores nuncupamus, in hunc diem constanter usus patas.

Templi Equitum nonnulli sociorum conspectu, carcerum illuvie, aut inedia duris habitis, sed perperam haec ad calumniam trahi, probandamque captivorum innocentiam inde advertas, quod hac etiam tempestate prohi, cautique iudices sit, qua ad elicendas plures comperti jam, ac satis deprehensi criminis circumstantiae, & sociorum

qua ad eruenda delicta alia, quorum suspitione laborent, aut laborare nefors valeant innocentes, utantur, quod videre ac experiri nobis etiam licuit, persaepe cum Iudicium talismodi aut socii peculiariter convocati essemus, aut illorum obsequiis ipso torturae, ac iudicii sub actu penam commodarem: debiliorum e templi militia, nonnulli inter ipsas quaestiones extincti, quidam priores revocarunt passionem, nec nulli non dimissi penitus, melius deinceps habilitate, quod Mater Ecclesia misericordiae solum reducibus in vera poenitentia claudere non solear.

Templariis taliter tota, ut praefertur Gallia examinatis mittit Pontifex primarios tres Cardinales, duos nempe jam memoratos & Iandulphum S. Angeli Diaconum, qui VI. Templarii Ordinis summos; Magoum nempe totius ordinis Magistrum; Magistrum Cypri, Visitatorem Fraeiae, Praeceptores Picaviae unum, alterum Aquitaniae, Normaniae tertium accurate examinent super omnibus ordinis per suas circumstantias arcanis. Tres hi Cardinales Chinonium locum sibi visum opportunissimum appulsi requirunt Philippum, dignetur illuc ductos Templarios curare adduci, Rex utique illos non absque manu armata mittit Chinonium, singillatim examinandos a Cardinalibus, praecipue magnum ordinis Magistrum Jacobum. Libere hic fatetur Christi abnegationem, conspu-

tionem Crucis, quod idem sit etiam a Norman-  
 maniae, Picaviae, Aquitaniae Praecepto-  
 ribus. Hugo autem de Perando jam Parisiis  
 examinatus, firmus persistit in fassione, &  
 recognoscit non solum dictam abnegationem,  
 verum & adorationem Idoli cum omnibus  
 reliquis articulis. Cardinalibus percontanti-  
 bus, num de his peccatis doleant, magna con-  
 punctione, ac humilitate orant Ecclesiae Ca-  
 tholicae reconciliari, praecipue Magnus Ma-  
 gister, Perandus, Cyprusque. Lubentes ad-  
 mittunt ea Cardinales, rogantque Regem,  
 velit bene hos remos habere, memor quod  
 crimina sua confessi dignos poenitentiae  
 fructus subinde producturi sperentur.

Pontifex e contra suas X. Cal. Decemb.  
 Bullas Picavio dirigit ad Reges, Principes,  
 que orbis Christiani & exaggeratis omnibus,  
 quae aut se coram aut Praesulibus, & fidei  
 quaesitoribus confitebantur Equites Templi,  
 delictis, praecipit hos omnes una die capi  
 custodisque. Bona etiam quoad quippiam  
 de iis statuatur aliud, rite conservari. Su-  
 perest exemplar Bullae talismodi apud Pu-  
 teanum de Siciliae Templaris scriptae ad Ro-  
 bertum Calabriae ducem. Hinc condiscas  
 Sicillam hic intelligendam; quae regni Nea-  
 politani venit nomine, nam altera illa Insu-  
 lana, Trinacria hoc adhuc tempore diceba-  
 tur, uti liquet paulopost e feri Regum  
 ad concilium Bulla Pontificis invitatorum.

Jacobus Arragoniae Rex cum in Regia  
 arce valentiae moram traheret Cal. Decem

audis nuncium legitque de Templariis litteras  
regis Francorum Philippi, quapropter man-  
dat III. Non. Dec. capi cunctos per suam  
ditionem Ordinis Equites. Joannes Lotgerius  
ex ordine Praedicatorum Generalis per illius  
regna Inquisitor Fidei, autoritate Sedis  
Apostolicae renuntiatus in jure dicundo  
multum severus terret eos, coercetque  
quique Templariis favere niterentur, ac stu-  
dere. Sed hi majorem partem in munitissima  
castra, Carthaginem, vetus Mergaonum  
oppidum, Montionem, Miravetum, Vil-  
lelum, forte Vellilam oppidum Arragoniae  
trans Iberum ad ostium fluvii Aquos; &  
Alphambram reconduuntur, repugnaturi &  
adversaturi facilius ac imminentem ante cau-  
sam satis excussam aninladversionem vitaturi.  
Nec secus actum in Catalonia, quod spe am-  
plius alerentur nulla, sed armis eos Rex  
persequi constituit; ni Valentino coram Epi-  
scopo ipsius Cancellario, quem congrua in  
id Clemens Papa munierat autoritate ad  
causam dicendam prompte se sistant.

*BZOVIVS Tom. XIV. Num. IV. GAGUI-  
NUS Lib. VII. GUIDO ad hunc Ann.  
MARIANA Lib. XV. Cap. X. MUS-  
SATUS in Henri. VII. NANGIUS Cont.  
Chron. NATALIS Tomo 16 Sect. XIV.  
Diff. X. Quaest. II. Art. I. PUTANUS  
Par. I. Sc. SURITA Lib. II. TRI-  
THEMIUS Tomo II. sub Henr. Abb.  
XXX.*

GABRIELIS KOLINOVICS  
 SENQUICZIENSIS  
 CHRONICEQUITUM  
 TEMPLARIORUM.

LIBER TERTIUS.

ANNUS CHRISTI MDCCLVIII.

ORDINIS CYCL.

UNIVERSITAS Parisina post literatas trimestre solido consultationes, & excussas ad vitandum Regiorum aequae, ac Papalium Jurium praesudicium, Divinas, Humanasque leges, tandem VIII. Kal. Apr. festo Annuntiationis B. M. V. scripto Philippo Regi magna circumspectione, & gravitate reponit, secularis judicis potestatem eousque haud extendi, ut ob haeresim hominem vel unicum summere valeat in quaestionem, nisi per Ecclesiam in id requiratur; casu autem necessitatis posse quidem seculari a Judice capi haereticum ea intentione, ut Ecclesiae ipsum resignet; Bello autem in Fidei defensionem obligati, & votis suis in

Ordine per Ecclesiam approbato satisfacientes habendi forent Koligiosi, & liberti a Iudicio seculari, idcirco a Rege non prorsus bene factum, quod sua duntaxat potestate extra consensum superiorum Ecclesiae Templarios Ecclesiasticae sententiae subiectos ceperit, nec probari posse, quod eorum Bona sibi subjugarit, tenere jam eadem conservare, ac eum impendere in finem, quo Templi Militiae fuerant collata.

Sententia haec sigillis munita XIV. & ad regem missa Philippi animum nullius admittae culpae securum reddit, & tranquillum, ut studiosius ad reliqua peragenda Pontifici adesset, magis enim, magisque lapsu temporis in apricum prodeunte Ordinis Templi perversione, Clemens Papa sententias Purpuratorum iudicis, & quaestionem in Templariis exercere tota Christianitate publicam, & pro excutienda tanto curatius causa Ordinis, Oecumenicam Synodum celebrare constituit. Ergo IV. Non Sext. Pictaviq; utrumque hunc in usum Bullas suas non subtrahitis, quae aut ipse contra Templarios comperserat, aut comperta per Praesules sunt, & Inquisitores fidei, Equitum sceleribus perscribit ad Galliae, caeterosque Reges tributa cuique **ILLUSTRIS** appellatione, Eduardum Angliae, Carolum Siciliae, Carolum nondum coronatum Ungariae, Jacobum Arragonum, Ferdinandum Castellae, ac Legionis, Jacobum Balearium Insularum,

Ludovicum Navaræ, Dionisium Lusitaniæ,  
 Henricum II. Bohemiæ, Henricum Cypri,  
 Ericum VIII. Menvedum Daniæ, Haguinum  
 VII. Norvegiæ, Fridericum Trinacriæ,  
 Birgerum Sueciæ.

Ad Turonensem in Francia, cæteros  
 una Archi Episcopos cum suis suffraganeis,  
 Prolixior eorum, ac ut brevitatis quest placere  
 amanti, est series, nostros nihilominus  
 nos ab Ungariæ Regno complexat Thomam  
 I. Strigoniensem Regni Primate, cum An-  
 tonio Quinque-Ecclesiarum usu pallii pol-  
 lente, & Andrea Agriensi, Vincentium deid  
 Colocensem Metropolitam, cum Ladistao  
 Zagrabiense, ac Benedicto Ultrasilvano Epi-  
 scopia. Et geminae hujus Bullæ contextu  
 Oecumenicum ac universale Concilium in-  
 dicit Viennæ Allobrogum evoluto a Cal-  
 Oct. hujus anni biennio celebrandum, hos  
 citat de officio, invitat illos, velint utrique  
 pertractando tam gravi Christianæ Reipub-  
 licæ negotio adesse.

Questionem demum contra Templi Mi-  
 lites ordinasse duplicem advertitur; Bulla  
 enim, & adjunctis eidem Articulis renun-  
 tiantur Commissarii inquisitori contra Ordine  
 nem in genere, Archi Episcopus Narbonen-  
 sis, Episcopi Bajocensis, Munitensis, Le-  
 movicensis, Magistri Mathæus de Neapoli  
 majoris Calet Rotomagensis, & Joannes  
 de Mantua Papæ Notarius Tridentinus, ac  
 Joannes de Monte Lauto Magalonensis Ar-

chi-Diaconi, tum Joannes Agaria Praepositus Aquensis.

In specie contra personas particulares jubentur inquirere Archi Episcopi cum suis suffraganeis, Articulis interrogationum XIV \*) praescriptis, & apud plures etiam praeter Spondanum legendis auctores, visa nobis exemplaria directa ad Coloniensem in Germania, & adjunctos Pontifex quos volebat Coloniensi, quippe Moguntinum, Trevirensis, Magdeburgicum Archi Episcopos, Basileensem, & Constantiensem Episcopos, Abbatem Monasterii de Crudario, & Priorem de longo Ponte Cluniacensis ordinis in Dioecelibus Vivariensi, ac Parisina, Paulum de Cadarossa Praepositum Cavalicensem Decanum S. Servatii Trajectensis, Magistrum Bernardum Raimundi Archi Diaconum Majoricensem, Joannem dictum Longum Praebyterum de Alemania Papae a Sacello Romanicensem & Magistrum Laurentium de Fusciberte Basilicae S. Mariae majoris de Urbe Canonicos.

Hujusmodi fere Pontificia ad Archi Praefules mandata destinata constat per Franciam, totamque Provinciam Narbonensem, Angliam cum Vallia, Hiberniam, Scotiam,

---

\*) Nos in Append. II. suppeditamus interrogationes omnes, quas occasione examinis Templariorum usum positas fuisse invenimus in una serie, sunt esse omnino 179.